

25
Responsum in questione de...
ne tam...
dicitur: Et...
tunc, ut ex...
... necesse est.

*Ubi dicitur... 37. huiusmodi locus non extat et falso citatur a contrarijs ut latius diximus in
precedente scripto numero. 13. quia propter adversarij citantur prope 399 Jacobitarum unionis litteras quae habentur in quodam bul-
lario ut fuit in loco predicti concilij florentini corroborarent. sed a nobis iterum responsum fuit ut sequitur hic. 166*

Uterque unionis Jacobitarum quae habentur in Bullario nouo pag. 166
ag 3. et dicuntur promulgatae in publica sessione Concilij Floren-
tini quarum principium est fantate Domino, non tamen ha-
bent imposturae suspicionem. -37-

Primo quia datae sunt biennio integro post absolutum Concilium
Florentinum; quomodo ergo potuerunt promulgari in publica
sessione Synodali eius Concilij.

Nam Concilium absolutum est anno 1439. ut constat ex Histo-
ricis, quorum nemo, quod ego sciam, ultra eum annum
Concilium protrahit. Et Giacomus in Eugenio IV. expresse
scribit Concilium absolutum esse anno 1439. cum coepis-
set anno superiore. D. uero Ant. in 3. par. Chron. tit. 22.
cap. 11. §. 1. ubi totam Concilij eius historiam scribit eodem
anno eam terminat. Similiter et Platina in Eugenio IV.

Adde quod unio Graecorum facta est mense Julio anni 1439.
ut constat ex data litterarum unionis; mense uero no-
uembri eiusdem anni facta est unio Armenorum, ut
constat ex data litterarum. Quid ergo fecerunt Latres Concilij
interim usque ad unionem Jacobitarum per integrum bien-
nium ac duos menses.

Constat uero etiam ex actis Concilij Graecos non expectasse Flo-
rentias usque ad absolutam eorum unionem, sed collaudato
eorum consilio discessisse, quocirca necesse est unionem eorum
celebratam esse cum solis occidentalibus Episcopis, qui quod unio-
nis Armenorum negotium captum erat auctoritate totius Con-
cilij illud cum Pontifice satis representabant; biennio autem
post res coepa et absoluta in scia mediocritate Concilij, quomo-
do potest dici facta a Concilio tanto ante iam dissoluto?

LIBR. MARI
DE

Certe J. Ant. aggressus eo loco narrare res anni 1440.
post discessum Ræcorum remansisse Eugenium florenti
sua curia, at si Concilium adhuc durabat dicere debuisset
Concilio.

Datas autem eas literas biennii integro ac mensibus aliquot
annum 1439. quo Concilium absolutum est constat ex
literarum. Nam literæ unionis Armenorum date sunt
novembri anni ab incarnatione 1439. Literæ autem
Jacobitarum dicuntur date anno ab eadem incarnatione
nonis februarii inter quos dies intercipitur integrum biennium
et tres circiter menses si quis calculum subducatur.

Neque dici potest errorem esse in numero annorum date. Quia
ipsamet Bulla ⁱⁿ initio dicit Pontifex nondum elapso triennio
tres uniones esse factas Ræcorum, Armenorum, et Jacobitarum.
Signum est ergo fuisse tempus vicinum, absoluteioni huius
quod saluari non potest nisi ponatur unio Jacobitarum
anno 1441. Ne enim ab unione Ræcorum ad unionem
Jacobitarum intercedunt anni duo ac menses septem, cum
Ræcorum facta sit mense Julio incunte anni 1439
ab incarnatione, unio autem Jacobitarum anno 1441. ab eadem
incarnatione.

Impositura præterea suspicionem facit quod neque B. Ar.
qui præsens omnia vidit, et factus est Archiepiscopus
rentinus ab Eugenio florentie commorante, unionis
Jacobitarum non ^{meminit} meminit, tamen unionis Ræcorum et Armeno-
rum. Similiter et Naclerus et Platina. Denique ego
minem reperii qui meminerit unionis Jacobitarum
in eo Concilio. Præter Mescam in 2. tom. hist. pontif.

165 147
Hispanice edita in Eugenio IV: sed ille eandem facit unio-
nem Armenorum, Jacobitarum, et Abyssinorum, et subijcit
Bullam unionis Armenorum tanquam instructionem omni-
bus illis traditam. Mirum autem videtur rem tantam in
luce Concilij editam penitus preteriri ab omnibus potuisse.

Accedit ad hoc quod neque in actis Concilij ulla fit eius unionis
mentio unio, neque in ullo Conciliorum codice ea Bulla reperitur
adscripta Concilio Florentino.

Ipse praeterea forma datae magnam respicionem facit, sic enim
habet. Dat. Florentiae in publica Sessione Synodali solemniter
in Ecclesia domus S^{ae} Mariae nouelle apud quam nunc
residemus. Ubi p^{mo} quod dicitur Ecclesia domus, S^{ae} Mariae
nouelle male dicitur, nam S^{ae} Mariae nouella est no-
men Ecclesiae, non domus, nisi in quantum denominatur
ab Ecclesia.

Deinde quod subijcit, ubi nunc residemus. P^{mo} hoc est contra
consuetudinem Curiae, quae solet tantum ponere locum ubi
datae sunt litterae. Deinde cum Pontifex toto eo tempore
quo Synodum habuit residerit in ea domo ut constat ex
traditione ex actis Concilij et ex Turrecremata in fine de-
clarationis unionis graecorum, quorsum addidit, ubi nunc
residemus. †



Contra eos qui asserunt Conc^{ilio} Florentinum
durasse usq^{ue} ad annum 1442. praeter dicta hic
probat^{ur}.

Omittitur error sine dubio typographicus in Bulla Eugenij
no. pag. 290. ubi est data a Rome anno 1440. quo anno Eugenij erat

Adhuc Florentie.

1. Joannes Gualterius in Chronico Chronicorum Ecclesiastico pag. 504. dicit finitum Florentie Concilium anno 1439. non July, cum per annum, et tres menses durasset. It pag. 511. ponit Basilienis Concilij finem. quod ipsum per ex less. ult. Concilij Basilienis, et ex historijs. Atq in re videtur equiuocasse, qui affirmat Florent. dur usq ad 1442.
2. Sabellicus Ennead. io. lib. 4. pag. 687. Basilea. 1538 scri anno 1439. Concilium perductum est ad epitum, et quon nium durauit quo mortuus est Sigismundus.
3. Alphonsus Sicaconus in Eugenio. 14. pag. 890. inchoatum rarie anno 1438. Florentie finitum anno 1439.
4. Jacobus Gualterius in tabulis Chronogra. pag. 718. Col. 5. rarie inchoatum anno 1438. translatum Florentiam perfectum 1439.
5. Parcagnota lib. 29. pag. 459. hebbe il Concilio Fiorentino. L'anno 1439. essendoci disputato quindeci mesi.
6. Joannes Azor c. Instit. lib. 5. c. 17. pag. 356. Col. 2. et Inchoatum est anno 1438. durauit partim Ferraria, Florentia anno uno et tribus mensibus.
7. Girolamo Bardi Chronol. uniuers. p. 4. pag. 466. Col. 1. anno 1439. fu finito il Concilio Fiorentino.
8. Onuphrius in Chronol. Eccl. Reddita Italiae per Bart meum Dionysium pag. 166. Col. 1. ad annum 9. Eug 4. et Christi. 1439. Il Concilio Generale in Florentia ultimo.

De Et Genebranda
a Chronog. lib. 4.
bi dicit Conc. Flor. m
nchorat Summa v.
p. 1438. le
nslatad Florentia, par
m Ferraria parum
lorentia durate annu

166 147
9. Messas in Eugenium IV. quod sessio ultima facta est
anno 1439.

10. Albertus Imp. mortuus est anno 1439. 26. Octobris, ut ait
Petrus Messias de Vitis Imperatorum; Communis autem opi-
nis est finitum sub Sigismundo cui ille successit.



11
Lectur in Botanica IV. 1439. Folio 10. verso

anno 1439.

10. Albertus mag. tractatus de canis 1439. a. b. g. 10. verso
Lectur Albertus de vita vegetabilium; quatuordecim capitulis
et est scriptum per Johannem de ...



